

Quod postliminio tuus es. Per sacra Poetis  
 Numina, non alia poteris me voce beare  
 Largiri. ingemino, ingemino, gratamur amici  
 Et sic deinceps, si qua veteris Venae gutta stillaret, quam  
 non hoc adeo frigus claudit, et astringit, quam morbo  
 illius silentis tui tristes gelu. neque tamen hoc in declina-  
 bile, ut pueri dicebamus, sed quod evitare tu, aut  
 praenire possis, modo Grammaticam subinde repetas,  
 et imprimis declinandis arduis et horrendis nominibus  
 τῆς μετὰ ἀρχολίας, τῶν ὑποχονδριαίων, et similibus  
 serio incumbas. Conferemus et nos aliquando Symbolum  
 et non nihil remedij propinabimus, quod ad splendorem  
 τῆς χολῆς τῆς ἐσπερῆς accedat propius, quoque, siue portabili  
 siue portabili, ajunt perire omnem noctem et impartiri  
 nas nubes disenti a nobilissimo viscerum citra noxam  
 aut nauseam. At hoc ut praestari possit, reditus Principi  
 expectandus est, qui nunc per Belaniam vagus optat  
 apruno aut fulvum. Si quid porro de meo contribuere  
 possim, quo sensim te receres, statui vernaculas tandem  
 nugas meas amicorum precibus dare. Hasce max-  
 atque excusa fuerint tibi totas in sinum projiciam  
 ut videas an sit, ut Latine quondam, sub auspicio Lemis  
 praefatiunculae a tua manus prodire mereantur.  
 Verum si Typographos video veterino resinâque pigriore,  
 et quae me saepe à proposito negotia divellunt, totam  
 tibi hiemem immunem largior ab hac molestia.  
 Cave tuis aliter isti, dira, infami, infanda quam eva-  
 sisti januam ultra vel fenestram, vel rimam aperias.  
 Si faxis, scito te iratum, infensum et infestum Hugonem  
 experturum, quo nunc uti, si libet, potes amantissimo  
 tui ac studiosissimo. Vale et Sape. Hagae Com. A.  
 Decemb: 1647.

Pastori Lenensi

Amplissime Doctissime et Humanissime Domine.

(408)

Non me passimunt nescire, studiosi mei duo Bredani magna  
 primum et opulentâ humanitate in oppido a te excepti,  
 ut hoc ipsum non nisi promulsis loco esse volueris  
 longa et indefessa hospitalitate, quâ indignos utrius  
 gratia

gratiã adolentes Loua detinuisti. Adiderunt serio  
et sollicitè, quid sibi ab Illustrissimo Comite Bochovia  
etiam repetita festiuitate obtigerit honoris ac bene-  
uolentia infinita. Hisce nominibus, quid utrique debeam  
nimis equidem intelligo, quam ut utrius gratiam  
verbis rependi posse iudicem, quam in solutum accipere  
tis vel clementissimi creditores. Super est ut redhostien-  
casas et occasionem sæpius oblatam relitis. Audi  
illam, (ita me Deus amet) ab utraq; manu expec-  
tate, ambabus meis amplectendam. Aliquid in eandem  
sententiam illustrissimo illi Paparchæ vestro adser-  
be. Ades et succurre imbecillitati meæ meliori facundi-  
et hic certe gratitudinis meæ non fucatae beneuolentis  
sensus, suo fac prætio estimetur apud virum, de quo  
hactenus nihil potui, nisi bene mereri velle. Deinde  
quantum si meo nomine expasueris, tibi iteno à me  
dictum status, et nouo ecce, duplicique beneficio de-  
vinceris jam olim prono integerrimoque affectu

Tuum

Obsignanti has in manum incidit libellus C. Hugoniam.  
quem in gratiam nobilissimæ amicæ nyper  
a me raptim, et pro otio (quod nasti) meo  
exaratum, passus sum vulgari Typis, quò  
præcipue exscriptorum incuria, et frequentibus  
mendis occurrerem; Vide, si tanti est, et ride  
aggredi me Lucullianam illam tuam liberalitatem  
magnificentiam, aut profusionem compensare  
sterili chartaceo munere. Tolera tamen: si forte  
domi tuæ toga Cordylis, vel pannula desit olivis.

Martino Brunoni

Ecclesiastæ Almeri

ensi.

Reverende Domine.

(408)

Rectoratum Scholæ Bredana, si vacaret, committen-  
dum ego sæpe censi N. Bubbensio, ut qui antehac  
eandem præfecturã malis artibus excidisset. Certe  
si quam plurimæ ejusmodi vacarent Sparta, num-  
quam ego adducar ut credam Henrico tuo ullam  
exornandam tradi debere. Literatore esse, et quidem  
valde eximium, uterque novimus. Moderanda  
autem